



QK.512-TEH

16

Q. D. B. V.
DE
EXHEREDATIONE FILII IN FEVDO
EX PACTO ET PROVIDENTIA HAVD
EFFICACI

COMMENTATIO

QVAM

PRAESIDE

D. IOANNE CAROLO GEBHARDO
REINHARDO

IVR. FEVD. PROF. PVBL. ET FACVLT. IVRID. IVDICIQVE
PROVINC. IN MARCH. LVSAT. INF. ASSESSORE

ORDINARIO

DIE XVIII. DEC. A. S. R. CICLO CCLXX.

H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENDET

AVCTOR

IOANNES CAROLVS MARCKWORDTVS

VITEB. SAX.

VITEMBERGAE
EX OFFICINA GERDESIANA.

G D F A

DE

EXHEDATIONE HII IN TIBDO
EX TACO ET TONKINTIA HAD
ELTICACI
COMMUNATI
GAVAN
PASTORE
DIOVNE CAROLO GEBHARDO
REINHARDO
MER TIBDO TIBOL TACO ET TACAL HADU
TROYING IN MARCH LASAT INER ASSERSCOR
ORBINAIRIO
Die XXIII Dec V. 1513
XV
PAELAE DELENDET
AETOTO
VITRUS SVA
EX OTLICNA OGRBUDIANA
VITRUMMAGNA

VIRO ILLVSTRI
AMPLISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
GOTTLOB FRIDERICO
HELBINGIO

SVPREMO MILITVM APVD SAXONES

P R A E T O R I

FAVTORI PIE COLENDO.

AIRIO ILLUSTRI
AMPITISSIMO ADOVE DOCTISSIMO
GOTTOB FRIIDERICI
HELBINGIO
SAPREMO MINTVM APUD SAXONIENS
PRAEATORI
LAVATORI PLE CORRENDO

VIR ILLVSTRIS,
FAVTOR PIE COLENDE,

 Adulatorum more, TVAM adsentatiuncula, aucupari gratiam, nefas. Non iustas laudes, non peruagatam eruditio-
nis famam, non reliqua, quam late pateant, merita
TVA, recensem, non TVAE dignitatis splen-
dorem harum litterarum argumentum facio. Si
quid est, quod vt hasce TIBI dicarem primi-
tias, potissimum me compulisse dicam, non
nisi aequitas erit, mira sane, ac humani-
tas TVA plane singularis. Cum enim spe-
ciminis academici, ex amplis Iurispruden-
tiae regionibus petiti, elaborationem conatus
sim, quem dignorem TE, laboris mei eligere
possem iudicem, quem ipsa Serenissimi Ele-
ctoris sapientia, exercitus sui arbitrum con-
stitu-

stituit, aequitate insignem? quis etiam il-
los, quos in hoc opusculo evitare iuven-
tus mea vix permiserit, naevos, omnes ac sin-
gulos TE indulgentius excusabit, cuius hu-
manitatem tot omnis ordinis aetatisque homi-
nes quotidie experiuntur? quamque plus sim-
plici vice expertus sum ipse, postquam affinitate
Tecum iungi, honos mihi contigit. Accipias
igitur has plagulas tanquam specimen non
tam eruditionis, quam grati, atque devoti
animi.

ILLVSTRI TVO NOMINI

IOANNES CAROLVS MARCKWORDTVS,



II

Nemo tam inviso tam iniuriam ferre potest.
sime. ac eae dii vel fidei et multis temporibus, vel si
tunicae fortunae consilio tibi agere virtute communitate con-
seruantur, ac eos iudicemus, a iure patris derelicti. ac ei
procureret dum inter alios. I. q. obiis suis inter nos
deo, dico boles mox apud nos nec quis possit
Longo praefamine, et multa verborum amplia-
tione, instituti rationem exponere, nec te-
nus atque angusta ingenii vena, nec ipsius
opusculi suadet exiguitas. Attamen cum
iam in eo sim, vt ad specimen aliquod pu-
blicum elaborandum, variis adductus rationibus accedam,
liceat mihi fautoribus, ac benevolo lectori, perpaucis men-
tem scribentis indicare, et iuuenilem eius laborem etiam
atque etiam commendare. Facturus itaque verba, de ex-
here-

III

heredatione filii in feudo ex pacto et providentia haud' efficaci, materia nec trita, nec sterili, paucula quac ad rem, et meliorem eius perspicuitatem faciant, praemonere, a propositi ratione haud alienum, post vero, quantum per virium tentitatem licebit, ipsius sententiae veritatem, legum auctoritate fultus evincere, haud iniucundum, haud inanem puto laborem.

§. II.

Nemo tam iniusto, tam iniquo iudicium ferre poterit animo, vt eos, qui vel sudore ac multis laboribus, vel alio fautricis fortunae consilio, sibi, vnde viuant, commodius compararunt, vt eos inquam, a iure partis vtendi excludat, vt et parentes dum inter viuos sint, opibus suis iure vti debere neget, quos potius meo-arbitrio nec cura heredium, vel imo illis liberi sint superstites, nec horum recordatio, vt vitae necessitates sibi inique denegent, compellat, secundum illud Horatii^{a)}.

Vtar, et ex modico, quantum res poscat aceruo,

Tollam, nec metuam quid de me iudicet heres,

Quod non plura datis inuenerit.

^{a)} Horat. Lib. II. Epist. II. v. 190. seqq.

§. III.

§. III.

In eo tamen fere omnes leges, quae caeterum plurimis differentiis inter se pugnant, sive romanis, sive aliarum gentium, imo barbaras species, in eo tamen, inquam, conspirant, ut liberos dominos pronuntient rerum a patre relictorum. *b)*
 Ita Plutarchus οἱ πᾶντες ὡς ὁ φέιλημα τὸν κλῆρον ἐκδεχόμενοι liberi hereditatem, ut sibi debitam expectant, cuius quidem rei acuitate gens prisca Germanorum, inter quos plus boni mores quam alibi bonae leges valebant, adeo ducebatur, ut Tacito *d)* teste, heredes inter illos, successoresque sui cuique liberi, essent nullum Testamentum.

b) Procop. in Persic. I. 1.

d) De moribus Germanor. Cap. 20.

§. IV.

Quamvis vero haec ita sint, quamvis Romanis aliisque placuerit gentibus, liberos patrimonii relicti dominos proununtiare, contra tamen et morem liberos a successione parentum excludendi antiquitus viguisse, quis est quem fugiat? An-

B

tiquissi-



tiquissima aetate et a romanae reipublicae infantia, patri tanta data erat in liberos potestas, ut cum iure vitae ac necis et exponendi, noxae dandi, vendendi, expellendi, item praeter-eundi,^{e)} exheredandique largissimam et nullis fere finibus circumscriptam,^{f)} haberent facultatem. Nec inter Graecos illa liberorum exclusio ignota fuit, vbi tamen potius διάπονηγεῖν per abdicationem seu actum inter viuos, fieri consuevit. Quae abdicationis ^{g)} exempla inter Romanos perinde ac exheredationis ^{h)} inter Graecos quamvis forte, rariora inuenies. Constat vero deabdicatione, Luciano ⁱ⁾ et Quintiliano ^{k)} probantibus, non nisi causa cognita illam fuisse admissam.

e) Quod et adhuc tempore Cic. in more positum fuisse appetet, ex Lib. de Orat. l. c. 38.

f) Lib. II. D. de liberis et postum.

g) Notum et illustre exemplum a Valer. Max. L. V. 7. 2. vbi Caesetius iubetur filium suum abdicare quem nota sua pellere recusat pater.

It. L. V. 8. 3. verba Manlii Torquati: „Quum Silanum filium meum per,,cunias a Sociis accepisse mihi probatum sit, et reipublica eum, et domo „mea indignum iudicio, protinusque e conspectu abire iubeo.

Certum vero est, hunc abdicandi morem Romanis recentiori aetate fuisse improbatum, l. 6. C. de patr. potest.

h) No.

- h.) Notum Themistoclis exemplum in Corn. Nep. C. Iustit. orig. hom.
 i.) In his abdicato.
 k.) Declam. CCLXXXIII.

Inter Germanos patres non habuisse ius occidendi filium,
 vel abdicandi, quicquid sentiat Heineccius ¹⁾ magis probabile
 videtur; cum illud Taciti ²⁾ numerum liberorum finire, aut
 quemquam ex agnatis necare flagitium habitum est, quantum
 videntur, non satis apte de sola expositione infantum vel pro-
 curatione abortus, cuius forte criminis plane fuit ignara na-
 tio tanta morum probitate insignis. Quamuis etiam nolle-
 mus locum cum Lipsio emendare, et verbo agnatis, gnatis
 substituere, neque etiam plane eorum sententiae calculum adii-
 cere, qui agnatum ab agnascendo per excellentiam filium deno-
 tare autemant, id tamen certo certius est, et agnatum filium
 comprehendere, quippe qui praecipue idem nomen ac cogno-
 men gerit. Quoad abdicationem vero ipse fatetur Heinec-
 cius ³⁾ non nisi coniecturis niti suam sententiam, nec ullum
 eius rei exemplum posse adseri. Segetis quidem mentio-
 nem facit, qui passus sit, ut filia grauida seruiret Romanis,

¶. ¶. ¶.

quod vero usum abdicationis inter veteres Germanos probare nulla ex parte videtur.

l) Elem. Iur. Germ. L. I. Tit. II. §. CXXXV.

m) De moribus Germ. c. 19.

n) Heinec. Elem. Iur. Germ. L. II. Tit. VIII. §. CCIII.

§. VI.

Sic quoque dubio caret, Germanos veteres, si excipias illas nationes, quae extra fines Germaniae Lares posuerunt, et exheredationis, o) et testamenti factionis p) fuisse ignaros, quod illud Taciti: heredes successoresque sui cuique liberi, nullum testamentum, luculenter satis probat, imo recentiori aetate vtrumque plerisque locis defecisse, vel exinde commode colligitur, quod nec volam nec vestigium huius rei in iure provinciali Saxonico deprehendamus, potius medio aevo in Germania vocabulum exheredationis denotauerit confiscationem. q)

o) Heineccii Elem. Iur. Germ. L. II. Titt. VIII. §. CCII.

p) Elem. Iur. Germ. L. II. Tit. VI. §. CXLI. seqq.

q) Leyser Spec. 331. coroll. I.

§. VII.

§. VII.

Quiquid ergo de exheredatione in fora nostra irrepit, romanam habet originem, imo quod hac de re speculum Alemannicum r) habet, principia Romana egregie sapit, quippe cuius speculi alemanni conditor, teste Heineccio s) uti alibi, ita et hic iuris romani placita adoptauit, quapropter et easdem fere exheredationis caussas, quas Novell. CXV. expressas nouimus, recensuit. Sed certe hoc compilatoris peregrinarum rerum studium tantum abest, ut me a proposito deterreat, quin potius in eodem confirmet, et cum ex romanis iste fontibus hauserit, apud quos non nisi de allodium reperies sanctiones, etiam de his tantum sermonem esse, certius nihil inueni. Praeterea notatu dignum videtur speculatorem per verba: *Es mag ein Kind Vaters oder Mutter Erbe verwürken, hunc morem ad allodia diserte restrinxisse.*

r) Cap. CCLII.

s) Elem. Iur. Germ. L. II. Tit. VIII. §. CCVII.

§. VIII.

Quae cum ita sint, certe haud exiguum nobis videtur inde repentendum esse argumentum sententiae nostrae, quod plane parentis conatus, priuandi filium feudo ex pacto et prouidentia, quacunque ex causa fiat, sit frustraneus. Antequam vero ad rem enucleandam nos accingamus, et definire, et huius divisionis feudalis valorem vindicare, nostrum erit. Itaque feudum ex pacto et prouidentia nobis tale est, in quo natura negotii intuitu successionis plane immutata mansit.

§. IX.

Sunt qui longe aliam huius feudi ex pacto et prouidentia significationem statuunt, sunt qui eius memoriam plane ex iuris feudalis scientia deleri cupiunt, et eo armati argu-
mento, quod nullibi vestigium in omni legum feudalium copia inueniretur, omnesque sanctiones feudales illam silerent, cuius argumenti vis vero tanta nobis non esse videtur, ut illo commoti descenderemus in contrariam sententiam, nam licet verba in legibus non extent, quibus haec diuisio in feudum ex pacto et prouidentia et in hereditariam diserte
exprimatur.

exprimeretur, utriusque tamen speciei diuersam indelem
haud raro in Longobardorum moribus expressam deprehendimus. Imo rei naturae consentaneum esse puto, ut singulae in quavis disciplina species, quae inter se luculenter differunt, singulari quelibet nomine insigniantur, et cuiuscunque qualitas sollicite anquiratur, ac determinetur. Iam vero diuersam esse in iure feudali successionem, ab illa, cui locus est in allodiis extra omnem dubitationis aleam positum, et textuum II. F. II., et II. Feud. 50. auctoritate stabilitam. Fingas igitur, ut exempla sunt II. Feud. 26. §. penult. et II. L. 40. hanc legis prouisione inditam natu-
ram, per pacta esse mutatam, et successionem, quae obtinet in allodiis, substitutam, imo facultatem de beneficio disponendi concessam, nonne haec quae efficitur feudi species a feudo illo intuitu successionis proprio, ut aera lupinis differt, nonne inde effectus proficiscuntur e diametro contrarii?

Quid igitur impedit, quo minus rem per se diuersam diuerso quoque nomine distinguamus? Quod si vero omnes diuisiones omnesque terminos technicos, quos in iure comuni verbis expressos non deprehendis, velles proscribere, et distinctionem iuris rerum in ius in re et ad rem, diuisio-

nem



nem dominii minus pleni, in directum et utile, quarum quidem notionum ius romanum plane ignarum est, aliasque innumera-
biles, quibus tamen usus, neque dogmaticus neque practi-
cus plane est denegandus, deberes eliminare.

t) Conf. III. Baueri Dissert. de Vasallo exheredante.

§. X.

Arridet nonnullos vel illa sententia, diuisionem feudi in hereditariam, et ex pacto et prouidentia non quoad nomen solum, sed etiam quoad rem legum fundamento destitui, successionem filiorum ratos, in feudo plane esse hereditariam, ideoque omnia iura allodialia esse applicanda. Verum enim vero ut reliquas successionis descendentium allodialis et feudalis differentias, exclusionum inhabilum ad seruitia, naturalium et per subsequens matrimonium legitimatorum, adoptiuorum, nepotum ex filia, qui omnes ius hereditarium ex lege habent, taceam, in eo tamen certus sum, filium aque ac reliquos agnatos lege primae inuestiture, et pacto maiorum succedere, neque ipsius ius nisi in quantum exprefse per leges licet, facto patris posse interuerti.

§. XI.

¶

§. XI.

Iam vero ad rem nobis erit redeundum, et cuni patriis moribus qui quidem iuris clientelaris genuini et puri sunt fontes, tam testamenti factionem quam exheredationem exulasse, iam supra multis probare simus conati, satis validum inde profecto nanciscimur argumentum, ad sententiam nostram corroborandam. Quamuis enim deinde peregrinorum iurium receptione illi mores quodammodo essent mutati, mutatio tamen illa, saltim allodia, non feuda, ad quae illae peregrinae leges plane non sunt applicandae, afficit. Miror sane, neque fatis nunquam mirari possum, et inter Longobardos origine Germanos, quibus tamen in allodio Romana consuetudo intuitu testamentorum et exheredationis quodammodo probata fuit, ⁱⁱ⁾ testamenta et exheredationem intuitu beneficiorum exclusisse, quod quidem manifeste ex l. F. 8. pr. apparet; quicquid alii sentiant, qui verba nulla ordinatione patris manente vel valente ad solam filiarum exclusiōnem, quam tamen ex eorum principio filius heres aequē non posset impugnare, restringunt, nullam verbi aequaliter, quod sane statum ibi sistit controversiae, rationem habentes.

ⁱⁱ⁾ Lex Longobard, C. II. Tit. XIV. §. 12.

C

§. XII.

8

§. XII.

Posset forte suspicio interpolationis in vulgata exoriri, propterea quod in Barthol. Baraterii ^{v)} compilatione illa verba: nulla ordinatione defuncti manente vel valente deficiant, et sane mirum est, quod inter ridiculas romanizantium huius textus contorsiones, quarum mentionem facit Bitschius ad hunc textum, nec illa locum inuenierit. Sed certe in accurata Mincuccii ^{w)} editione solo verbo: manente, omisso lectio vulgata obvia est, et praeterea doctrinae ipsi II. F. 9. et II. F. 35. pr. quam maxime fauent. Hinc, quod patrem inter liberos de feudo posse disponere, illoque eos priuare credunt, certe ex non satis congrua textuum II. F. 45. et II. F. 51. §. 4. profectum esse interpretatione, videtur. Etenim quamuis textum II. F. 45. ob verborum generalitatem non de feudo hereditario explicandum esse ipsi arbitrēmur, adeo ut filium paternam hereditatem repudiantem feudum ex pacto et prouidentia retinere posse ipsi negemus, quae quidem explicatio a nonnullis antiquioris aetatis Doctoribus probata, in Const. Elect. 47. P. II. irrepuit, ubi haec verba sancta legimus: Nach gemeinen Rechten muß der Sohn des Vaters Erbe mit seyn, da er die Lehen-Güter von ihm ererben will und kann sich der Erbschaft nicht äußern und die Lehen behalten, es sey denn Feudum

Feudum ex pacto, und er thue sich der Erbschaft vermittelst ei-
 nes gebührenden Inuentarii unterfangen, diesfalls kann er das
 Lehen behalten: id tamen analogiae iuris et regulis herme-
 neuticis consentaneum, cessare vbi ratio legis cessat, et il-
 lius dispositionem, ratio vero prohibitae separationis feudi
 ab allodio manifeste haec est, vt ne fraudibus ansa praebear-
 tur, et filius repudiata hereditate, retento dunaxat feudo aes
 parentis alienum, declinare queat, et debitam patri reverentiam
 laedat, cuius quidem maximum praesidium inuenio in Edicti
 Torgav. Spho da aber ein Vater. Et quamvis etiam patrem
 de iure communi posse filium, in quantum heres est, a feudo
 arcere, et alia quacunque ratione aequalem successionem
 impedire, vel in ipsius praeiudicium feudo onus imponere,
 concederemus, quod tamen cum testamentariae dispositio-
 nis a natura feudi alienae, nullibi mentio fiat, tantum abest,
 vt persuadere nobis queamus, vt potius text. II. Feud. 45.
 ex l. F. 8. explicandum, et restringendum esse putemus, in-
 de tamen id, ut pater quoque filium, quem ipse ab hereditate
 exclusit, possit feudo priuare, sine iniuria non posset inferri.
 Positum enim est, II. Feud. 45. in illius arbitrio, num
 velit vtrumque habere, an vtrumque repudiare, haec quam
 leges dant electionem, factum patris non potest interuertere,

C 2

non

non repudiat hereditatem, ergo neque ut feudo careat, leges illum adstringunt. Ut paucis omnia complectar, claudit hoc aduersariorum argumentum, de exheredatione: si let ius feudale, ergo, patet ad ius romanum, quod patri iustis ex caussis, filium exheredandi confirmauit facultatem, in subsidium aditus, claudicat inquam, cuim potius, vti docuimus feudum dispositioni moribus maiorum inter viuos et mortis caussa plane non sit obnoxium, praecipue, cum plane iniqua sit romani ad seuda ob defectum receptionis applicatio, potius retorquendum esse argumentum hac ratione autumo. Quicunque actus de feudo per leges feudales non licet, plane non licet, hic, exclusio filii a feudo per leges feudales, quippe quae hanc rem silent; vel ex aduersariorum opinione non licet, ideoque certe plane non licet.

w) Libell. Feudor. reformat. c. 5.

w) Lib. II. Tit. VII. de success. feud.

§. XIII.

Paullo accurrius rem si anquiramus, oppido apparet, filiorum antiquitus successionem plane fuisse immutabilem, cui quidem rei saepius laudati Taciti verba, Heredes successoresque sui cuique liberi, nullum testamentum, haud dubiam

biam conciliant fidem. His quidem temporibus feudorum usum nondum extitisse, in seculi tamen genio, vbi cum pigrum atque incers videretur, sudore acquirere, quod posset sanguine parari, et cum ob raru*m* auri argenteique usum, unde militibus possent stipendia praestari, non suppeteret, rei originis iam fuisse opportunitatem, alii iam fusius expuerunt. Feudis deinde sequenti aetate inuentis, illud filiorum, qui sub inuestitura parentum comprehendebantur ius in bonis parentum proprium moribus maiorum per secula viguisse innumerabiles leges, innumerabilia docent diplomata. Exempla sint I. P. S. Lib. I. art. 9. ubi haec verba leguntur, Stirbt auch einer der sein Lehen einen andern auflassen soll, dessen Sohn ist es nicht pflichtig aufzulassen, er habe denn deshalb mit gelobet, it. lib. II. art. 21. Hat auch ein Mann einen Sohn, der sein Lehn's-Erbe ist, nach Lehen-Recht, er behält seines Vaters Gebäude gar auf seinen Lehnen mit mehrern Rechten, denn der sein Erbe ist nach Land-Rechte. Porro II. S. 6. L V. Der Mann ist nicht pflichtig seines Herren Gelübde jemand zu leisten, noch auch sein Sohn seines Vaters, daß er sein Guth auflassen solle, quae quidem consuetudo et I. F. A. Cap. XCVIII. §. 2. iisdem fere verbis munitur. Hos vero patrios mores neque

C 3

ius



ius Longobardicum, deinde receptum potuit detrudere, si vel sanctiones his contrarias contineret, exinde prono alueo fluere appareat, hoc filiorum ius in feudo proprium, in quantum non recentiori lege fuit ademtum, uti quidem intuitu non minum patris passiuorum, reuocationis, item amissionis ob feloniam factum esse constat, et hodie adhuc habere virtutem. Multo igitur minus intuitu exheredationis peregrina Iuris Rom. principia immiscenda esse arbitror.

§. XIV.

Quae cum ita sint, mirus sane est, qui hac de re occurrit DD. dissensus. Alii qui hereditariae successioni favent, exclusionem filii a feudo in distincte admittunt, alii illam expresse et nominetenus si fiat, valere credunt, non taceite, rati, sub generali illam comprehendendi, alii de feudo antiquo quidem non posse a patre propelli, bene tamen de novo arbitrantur, alii denique ad illius validitatem delictum, Nov. CXV. enarratum, a filio contra dominum commissum, requirunt. Quid in tanta opinionum varietate ipsi sentiamus, fusius erit exponendum.

§. XV.

§. XV.

Nostro iure ponimus denegationem testamenti factio-
nis de feudo, ex analogia iuris Longobardici et Germanici,
inter naturalia contractus feudalis, seu eiusmodi qualitates,
quae negotio ex ipsa legis sanctione adhaerent, ut nisi pacto
remoueantur, inesse praesumantur, nisi I. F. 8., et locis ex
iuribus Germanicis supra excitatis. Hinc prono alveo fluit,
illam vbiunque per pactum adiectum haec natura non sit
mutata, nisi forte personarum adhibetur, quarum interest
consensus, plane exulare. Cessat igitur in omni feudo anti-
quo et nouo, masculino et foemineo, vel alio improprio
quocunque, quia feudum in uno improprium, in reliquis
proprium censetur. Effectum igitur duntaxat habet in eo
casu, vbi inter partes contrahentes id actum, ut vasallo per
ultimam voluntatem de feudo disponere liceat, ideoque du-
bio procul in hereditario, vel mere tali, vel eius indolis ut
concessa sit testandi facultas, solummodo locum sibi vindicat.
His igitur sic se habentibus facile apparet, et exhereda-
tionem, quippe quae testamentum supponit, non nisi in
eiusmodi feudo esse efficacem.

§. XVI.

§. XVI.

Quod ad obiectiones aduersariorum attinet, miror Leyserum subtilissimum, ^{z)} exheredationem quam sine vlla limitatione iuris naturae esse ait, indistincte ad feuda explicare. Quodsi enim hanc vindictam, quae moribundum vix decet, ob causas Nov. CXV. propositas, sine vlo discrimine et cum privatione alimentorum, ad quae praestanda pater dubio procul est obstrictus, parenti iure naturali competere credremus, cum potius in Pauli ICti ^{y)} sententiam qui ratio, inquit, naturalis, quasi lex quaedam tacita liberis parentum hereditatem addicit velut ad debitam successionem vocando, eamus; tamē illam ad feuda, quae pleno iure non possidet vasallus, et quae sua natura testamentariam dispositionem respuunt, posse extendi, nulla ratione nobis persuadebit, neque etiam a sententia nostra nos dimovebit illud II. F. 24.
 §. 2. quod ex illius ^{z)} et aliorum sententia, exheredations in feudo stabilire debeat. Ibi enim exheredationis vti repudii, et donationis incidenter tantum mentio fit, vt quilibet iacturam feudi ob feloniam, naturali et ciuili ratione esse suffultam, perspiciat. Nec vti nobis vt diuortii et soluendi matrimonii rationes ex isto textu repetamus, vnquam concedi posset, ita nec exheredandi iuris argumenta inde repetenda

.IVX.



tenda esse, et illius in feudo usum ex hoc capite probandum esse persuasi sumus. Multo magis, etiam quae bona mente vocatur, licet quoque dissentientem Leyserum ^{aa)} habeamus, effectu in feudo destituitur, quippe cuius hodie vel in aliis per Dec. xxv. nov. de ao. MDCCXLVI. exiguis usus est, praeterea casus illi, quibus in LL. filium non mala mente exheredari dicitur, scilicet si filius vel prodigus sit, vel furiosus, vel impubes, vel denique si sit obaeeratus plane in feudo ob diuersam indolem exulant. Furiosus enim per se excluditur a successione et filii prodigalitas nepotibus vix detimento est, aes tandem filio alienum non ex feudi deinde naucti substantia est soluendum. Ergo cessat ratio. Nepotibus enim ex filio prodigo et obaeerato feudum per se conseruatur.

^{a)} Leyser Spec. CCCLVII. coroll. 2.

^{aa)} L. 7. D. de bonis damnat.

^{z)} Spec. CCCLVIII. med. 4.

^{aa)} Spec. al.

§. XVII.

Quod vero illorum sententiam attinet, qui exhereditationem expresse et nominetenus si fiat, valere contendunt, hoc

D

nihil

nihil discriminis facere afferimus, utrum expresse pater mentem suam, quod filius et feudo carere debeat declarauerit, nec ne. Nam cum omnem testamenti factionis facultatem, in feudo nisi expresse ita pactum sit, locum non inuenire iam supra demonstratum fit, cum et exinde prono alueo fluat, ut et exheredandi potestas exulet, quid discriminis facere possit illa limitatio si non generaliter sed nominatim facta sit exhereditatio, nulla ratione perspicimus. Si enim verum est, quod omne nihil excludat, omnis vero exhereditatio in feudo ex pacto et prouidentia cessa, quis vel illam, quae nominatim facta, validam esse contenderet.

§. XVIII.

Neque sane maiorem usum in novo praefat iste patris exheredandi conatus, quamvis dissentientium numerus haec de re haud sit exiguis. Novo enim etiam inest natura feudi illa, quae testamentariam respuit dispositionem, et ius succedendi filiis in feudo novo aequo ex domini concedentis beneficio quaesitum est, quod facto patris non potest interuerti. Nec hoc sine ratione, testante illo Longobardorum axiomatico: II.F. 23. „Huius autem generis species quaedam beneficium est illud, quae ex benevolentia ita datur alicui, ut „pro-

„proprietas quidem rei immobilis beneficiatae, penes dan-
 „tem remaneat, ususfructus vero illius, ita in accipientem
 „transeat, ut ad eum, heredesque suos masculos, sive sce-
 „minas, (si de his nominatum dictum sit,) in perpetuum
 „pertineat, ad hoc, ut ille et sui heredes fideliter domino ser-
 „viant. „ Quam ob rem etiam textibus et argumentis a
 Schradero ^{bb)} in medium prolati, nullam sane vim probandi
 inesse, haud dubius assuevero.

^{bb)} Traçlat. Feud. P. VII. cap. II. n. 19. 22.

Aggredimur denique illorum opinionem, qui si fi-
 lius dominum offenderit, vel aliquid in ipsum quod Nov.

CXV. pro iusta exheredationis causa traditur, commiserit,
 hoc licitam facere exheredationem, affirmare student. Ne-
 scio sane, quo textu, in toto legum Feudalium complexu-
 eiusmodi nisi debeat sententia. Nam vindicta certe ideo
 patri plane non competit tanta, ut statim a successione here-
 ditaria filium excludere posset, multo minus a feudo, quo
 illum privare plane nequit, potius ex sanctione II. F. 55. §.
 2- pater a Domino requisitus deducat filium ad satisfacien-
 dum domino vel a se separaret necesse est. Quod si vero non ad



satisfaciendum deduxerit filium, tanquam criminis in feloniam degenerantis particeps, pater quidem feudo priuatur nihilominus tamen, non nisi eo casu feudum amittit filius, satisfactionem si domino directo recuset, secundum vulgares illos poetae versus:

Non erit in feudo successor idoneus ille,

Ni prius accensam domini plaueerit iram.

Quam itaque leges caussam non tanti faciant, ut amissionem feudi absolute contrahat, illam certe nec exheredationis esse voluerunt, praecipue cum feudi priuatio non patris sed solius domini arbitrio esset relicta, cuius forte facilem vel criminis remissionem vel emenda expiandi veniam, precibus efflagitabit.

Quo quis enim maior, magis est placabilis irae,

Et faciles motus mens generosa capit. *cc.*

cc) Ovid Trist. III. V. 31.

§. XX.

Cum spectris pugnant illi qui Domitianum quasi dubium, vtrum liceat pro anima exheredare filium, sibi mouent. Oppido enim apparet, hanc hypothesisin legibus esse plane reprobatam, neque naturam feudi intuitu prohibitae dispo-

dispositionis inter viuos aequae ac mortis causia nulla ratione
mutari, licet pro anima iudicauerit Vasallus, ita enim Frie-
dericus II. F. 55. textu illo non atramento sed sanguine tin-
cto : Hac edictali. „ Deo propitio valitura lege fancinus,
„ vt nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere,
„ vel pignorare, vel quoconque modo distrahere, seu alien-
„ nare, vel pro anima iudicare, sine permissione illius do-
„ mini, ad quem feudum spectare dignoscitur. Et Ictus II.
„ F. IX. §. 2. Donare autem, aut iudicare pro anima, nul-
„ lius curiae poterat, consuetudine., in Vocabulam vero pro
anima nihil aliud significare, quam piis caussis destinare, vel
testari, pro animae, vt olim putabatur, commido et salute
tralatitium est. Egregie hac de re Augustinus *ff.* iudicauit,
quicunque, inquiens, vult exheredato filio heredem facere ec-
clesiam, quaerat alium, qui suscipiat, non Augustinum,
imo Dei propitio nullum inueniet.

ad) causa XVII. Qu. IV.

§. XXI.

Multo minus vero in feudo primogeniturae exhereda-
tio locum habere potest, ab illo enim successor neque si he-
res fit, potest repelli, praecipue in regali. Principium enim
Iuris Longabardici, quo filius non possit separare feudum

D 3

ab

¶¶¶¶¶

ab allodio locum ibi plane non inuenit, propter defectum receptionis. Tacito enim Principum consensu receptum esse constat, sed principes et suas inter se controuersias ex hac satis inepta consuetudinum compilatione decidi passos esse, plane incredibile est, quin potius quaestiones publicas ex pactis, legibus fundamentalibus, et iure gentium et naturae componendas esse, tam certus sum, quam qui certissimus. Quemadmodum vero ius primogeniturae, publica, plenumque imperii lege vel pactis familiarum illustrium, ac prouisione maiorum nititur, et personalissimi, vt ita dicam, juris nomine insigniri posset, ita certe pater testamento vel prorsus tollere vel natu maiori praeterito, nisi ipse plane inhabilis sit, alii, ex ultro genitis, filio, feudum dare vel relinquere nequit. Eiusmodi enim feuda non patri solum, sed filiis etiam lege primogeniturae, acquisita esse, neque solo patris beneficio aut hereditario saltim, sed potius gentilitio iure ipsis deberi, nouissimi iuris est. Quod si itaque patri aliter circa haec disponere liceret, non solum publicarum legum vis ac vigor infringaretur, et prouisio maiorum elideretur, sed ius etiam, ab ipsius momento natuitatis quae-
doq non annu oib bibl adgnol etul
 situm, praeter omnem aequitatem interuerteretur, cum quidem, vt Grotius defendit natu maior successor sit, quem ipse Deus monstrat.

¶¶¶¶¶

§ II

§. XXII.

§. XXII.

Commendata a Hornio ^{ee)} cautela, quod pater debe-
ret vendere feudum, eoque efficere exheredatum filium pre-
tio carere, vera quidem, cum reuocationis iuris destitu-
tus filius, quippe quod legibus et patriis, et iure Longobar-
dico, ipsi erectum, atque ius filiorum antiquum in eo mu-
taturn est, in eo deberet acquiescere, et pretium ex feu-
do redactum, non in locum rei succedat, sed naturam allo-
dii habeat, ideoque exhereditatio filii per se valida, dubio pro-
cul illud comprehendat. Attamen cum exulet libera de
feudo disponendi facultas, et omnis feudi alienatio contra-
dictioni et senioris, et simul inuestitorum sit obnoxia, illa
plerumque inanis esse videtur.

^{ee)} Iurisprud. feudal. cap. 14 §. 11.

§. XXIII.

Feudum ex pacto et prouidentia, siue nouum sit, siue anti-
quum, siue expresse id praeceperit pater, siue non, quia omnis
ipsius de feudo dispositio exulat, filio instituto in legitima non
imputatur. Ad quam quaestionem etiam nobiscum responden-
dum esse, existimat Hornius, ^{ff)} feudum ratus quod ex pro-
videntia maiorum filio debetur, acri alieno simile, quod ante
omnia ex bonis deducendum sit, nec etiam legitimam nisi
dedu-

QKTK3100

32

deducto aere alieno deberi. Sic res per se quidem certissima ex spuriis et peregrinis principiis demonstratur, cum potius dicendum esse arbitremur, feudum plane non esse in hereditate, sed separato et singulari iure deberi, ideoque non posse portionem portionis ab intestato debitae efficere. Quod si enim esset in hereditate patris, et filiabus augmentum legitimae inde competeteret, quo tamen tantum abest ut ab alio vñquam cum iuris assensu sit adstructum. In eo vero Horii sententiae non possumus subscribere, si regulam, quod feudum non sit imputandum in legitimam, ad eum casum restringit, quo pater illud nouiter titulo oneroso non acquisierit, vel bona allodialia obtulerit. Beneficium quamvis hac ratione quodommodo patris sit, tamen pro libitu filio non potest auferri; potius quae filio destinata successio immutabilis antea voluntatis erat, iam necessitatis esse videtur.

ff) Ibid. feud. cap. 14. §. 12.

E R R A T A :

p. 9. §. III. pr. successoresque sui cuique liberi, essent nullum testamentum
l. successoresque sui cuique liberi essent, nullum testamentum. p. 10. §. IV.
pr. deabdicatione, l. de abdicatione. ibid. not. f) pr. lib. II. l. L. II.
p. II. §. V. pr. adferi, l. adferri. p. 12. not. q) pr. 331. l. 357. p. 14.
§. VIII. pr. repentendum, l. repetendum. p. 15. §. IX. pr. stabiliam, l. sta-
bilium. p. 16. §. X. pr. inhabilium l. inhabiliuum. p. 17. §. XI. pr. nun-
quam, l. vñquam. p. 21. §. XIII. pr. sein, l. ein. ibid. pr. II. §. 6. LV.
l. I. F. S. c. LV. p. 22. §. XIV. pr. in diffinete, l. indistinetæ, p. 24. §. XVI.
pr. explicare, l. applicare.




ULB Halle
004 927 362

3



MO



B.I.G.



Q. D. B. V.

DE

EXHEREDATIONE FILII IN FEVDO
EX PACTO ET PROVIDENTIA HAVD
EFFICACI

COMMENTATIO

QVAM

PRAESIDE

D. IOANNE CAROLO GEBHARDO
REINHARDO

R E I N H A R D O

IVR. FEVD. PROF. PVBL. ET FACVLT. IVRID. IVDICIQVE
PROVINC. IN MARCH. LVSAT. INF. ASSESSORE

ORDINARIO


DIE XVIII. DEC. A. S. R. CLOCCCLXX.

H. L. Q. C.

PVBLICE DEFENDET
AVCTOR

IOANNES CAROLVS MARCKWORDTVS

VITEB. SAX.



VITEMBERGAE
EX OFFICINA GERDESIANA.